

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

14. de comparatione sapientiæ Christi ad sapientiam Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

E P I T O M E

Sed ex qua causa illius dicti intelligentia,
scil. sensus proficiebat humanus, assumenda
est? Aperte enim videtur Ambr. innuere, q
sec. sensum humanum Christus profecerit:
q nec Ecclesia recipit, nec præmissa autho-
ritas patitur sic intelligi: Sed ita sanè potest
accipi, vt quantum ad visum hominum, &
sui sensus ostensionem Christus profecisse
dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus
in eo sec. ostensionem, & aliorum hominum
opinionem. Ita & illud Esa. quod patrem cap. 8.
nesciebat puer aut matrem, erit intelligen-
dum: quia ita se habebat & gerebat, ac si
agnitionis expers esset.

D E C O M P A R A T I O N E
Sapientiæ Christi ad sapien-
tiam Dei.

D I S T I N C T. Decimæquartæ
C A P. Vnicum.

*Christus per sapientiam creatam omnia
cognoscit, sed non omnia per
eandem potest.*

Dona Spiritus sancti sine mensura ha-
buit, ergo & sapientiam: omnia ergo
sciuit anima illa. Si enim quædam
sciuit, & quædam non, tunc non sine men- Joh. 2.
sura scientiam habuit. sed sine mensura scien-
tiæ habuit, ergo omnia sciuit. Fulgen-

tius etiam in quodam serm. multa inducit,
quibus afferit animam illam rerum omnium
scientiam habere , vtens authoritate Apost.
col.2. dicētis, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ
& scientiæ absconditi. Quod etiam ratio-
ne probari potest sic: Nihil scit aliquis quod
anima eius ignorat : sed Christus sec. om-
nium concessionem omnia scit , ergo anima
eius omnia scit. Non est autē ei datū omnia *Christus*
posse, quia omnipotentiæ non fuit capax, si- non potest
cut omniscienciæ : nec etiam omnipotens, *omnia*.
& per hoc Deus putaretur , nec fortè Deus
id præstare potuit. Quod autē dicit Ambr.
sup. Luc. quia potentiam quam filius Dei
naturaliter habet , homo erat ex tempore
accepturus , est quidem accipendum de
persona , sed non inquantum est Dei , sed
hominis.

D E E F F E C T I B V S Q V O -
rum Christus aliquos assumpsit
cum humana natura, & ali-
quos non assumpsit.

D I S T I N C T . Decimæquintæ
C A P . Primum.

Christus assumpsit naturam passibilem
in anima et corpore.

de patribus
in corporis
spiritu:

V T enim probaretur verum corpus ha-
bere , suscepit defectus corporis , fa-
mem, sitim, & huiusmodi. Et vt veram = *Anima*.